rum et evictionem per Omnes personas Contra cavet sub Damnis Contribus
simplr taxatis et evincendis Et Coram officio prnti Castrens Branscens in pri-
mis Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris
remedys se et suos successores Cohis abscribendo et abrenunciando.

Actum in Curia Regia Branscensi feria Secunda in Crastino festi Sancti Petri in Vinculis Anno

Domini Millmo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Stokowski Vlosty Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrens Capitanli Branscens plr comparens Religiosus Albertus Lepietowski, filius olim Nobilis Pauli Lepietowski, Pater Societatis Jesu Conventus Lomzen nondum professus habita ad hoc licentia et facultate authentica superiorum suorum sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nli Alberto olim Valentini Stokowski in Wlosty Olszanka haeredi et ejus successoribus totam et integram sortem suam bonorum Omnium Mobilium et immobilium in haereditate Wlosty Olszanka sitis se recognoscens post parentem suum iure Naturali successionis et alio quovis modo ac iuris titulo sibi concernens et spectans Cum Areis hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis et generaliter Omnibus in genere et singulis in specie utilitatibus fructibus proventibus attinens et pertinens Omnique iure suo dominio proprietate propriquitate ac titulo haereditario Nihil sibi et alys cuipiam reservando seu excipiendo sed prout se praefata sors in suis metis et limitibus antiquitus habet et extenditur pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Quorum bonorum certam partem fundi idem Stokowski ab Obligationibus possessoribus suis propriis pecuniis sibi eliberare teneliter. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum Actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et alios quos officiose acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros circa intromissionem ab Omni impedimento quibusvis quarumvis personarum et evictione Utriusque sexus status et Conditionis cuiusvis existens per et contra Omnes personas Contra totiens quoties opus et necesse fuerit tueri defendere evincere Solusque per se et per submissas personas non inquietare sub Damnis Contribus simplr taxatis et evincendis Et Coram officio praesenti Castrens Branscens in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedys et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Cohis abscribendo et abrenunciando, sub amissione suae et suorum successorum totius et integrae causae.